intantũ cõtinentes fuerunt ꝙ modicũ in domibꝫ ſuis argentũ habuerunt. ſed illud non fuit reprehenſibile ſed quia erat argentũ in uſum deoꝝ vterqꝫ enĩ patellam deorum in qua ignis fiebat. ad ſalinũ ideſt vas ad ſignificandũ habuit Sed eo lucius id eſt curioſius fabriciuſꝙ patellã ſuam pediculo ideſt ſuſtentaculo corneo ſuſtineri voluit. papus vero ſatis animoſe qui cum hereditatis nomẽ ſcꝫ patellam & vas accepiſſet religionis cauſa ab alienanda non putauit id eſt poterat eam legittime alienare. ſed religionis cauſa eam non alienauit.

Illi eciam prediuites etc̃. Proſequitꝛ auctor exempla illorũ qui de vili & pauperi ſtatu ad cõſulatum aſſũmebantꝛ. qui cõſulatum dimittebant et ad aratrũ reuertebantꝛ & primo continuat ſe ad dicẽda. Secũdo ponit exemplum ibi Atiliũ. Dicit ergo illi eciam viri prediuites ſupple fuerũt. qui ab aratro accerſebantꝛ vt conſules fierent. qui voluptatis cauſa id eſt delectacõnis ſolũ id eſt terram puppinee illius ville. ſterilem atqꝫ eſtuoſiſſimũ ideſt aridiſſimũ verſabant. deliciarũ ꝙ ingrati. vel eciam grati vt aliqui libri hñt. vaſtiſſimas id eſt ampliſſimas glebas terre cum plurimo ſudore diſſipabant. ymmo illos quos pericula reipublice imperatoris aſſerebant anguſtie reifamiliaris. Quid ceſſo virtuti ꝓprium nomẽ reddere. quaſi diceret. non oportet per laudes vagari vbi opus appareret bubulcos fieri cogebãt quia pre anguſtia familiaris cure cõſulatũ dimittentes bubulci fiebant.

Atilium autem qui ad eum. Loquitur de alio ſimili cõcinnato. quẽ qui ad ipſum accerſendũ fuerant a ſenatu miſſi. ad imperiũ populi romani id eſt conſulatum ſuſcipiendum inuenerũt ſemen aſpergentẽ id eſt in agro ſeminãtem ſed ille manus ruſtico opere atrite ſalutem publicam ſtabilierũt. copias ingentes hoſtiũ peſſundederũt id eſt ſubiecerunt quiqꝫ ideſt eque modo iugum boum arancium rexerãt habenas triũphalis